

etiam consistat. *Reg. 15, 28, & 3, Reg. 11, 30.* Regnat igitur in dignitate, qui induit decorum & nequaquam dignitatem. At quare vestimentum dignitatum hieroglyphicum? Intende. Vestis matatur & tempore scinditur: vigilanter, ingenioseque extimo cultu exprimitur fastigati maiestas folij: igitur dotibus vacat, munere pleni, sine operimento dignitatum apparent nudi: cadit corona capitis, & est calva fortuna sine meritis. Veste ad oculum electus videtur; infulis dives, & locupletatur; nescitque quod dotibus vacuus iacet miser, & miserabilis, & pauper, & nudus. Ex ore Thraonis Aiactis pro armis Achillis astruenda est comprobatio meritum: ita enim garrit apud Ovid. *Metam. lib. 13, Fabul. 1.*

Ovid. — Si vera licet mihi dicere, queritur istis, Quam mihi maior honos: coniunctaque gloria nostra est.

Atque Ajax armis, non Aiacti arma petuntur. In ore proprio superbissime: ad lirenitatis & meritum commendationem perproprie: dignum igitur impellant in facinora cogitata premia, dum in experto premia convertuntur in incommoda. Queratur maior honos: qui quidem coram manebit, ubi nubi dignitas digno: & evanescet honoris maximum lumen, dum indignus duxerit dignitatem. Dos dignitatis a praefide. Vacua erit illustri dignitas sine dote. *Non locus* (ait Gratianus ex Chrysostomo *Distinct. 40, cap. Multi.*) *sanctificat hominem, sed homo locum.* Non cathedra Sacerdotem ostendit, atramen Sacerdotis vita cathedram facit; alias in cathedra pestilentie sedebit. Honor profecto honori inerit, dummodò homo inquiratur dignitati: non antequam dignitas, quia dignitas, queritur homini.

8 Terra nova (quia Sol in terris, & amplioris ex opposita nive fulgoris civitatem corporis laticante huminis impetu, ex soluta custodia interdita maiestatis, manifestata miraculo) describitur mirifice eminentiore Thaboris vertice; ut in terra nostra caelestis gloria habitaret, & Sol in terris fulgeret. Oblituit Petrus. Quare non: Oculis talia non viderat, nec in cor hominis cogitatio tante gloria descenderat. Unde quodam mentis excessu, quasi in comitijs ut aliquid agere videretur, dixit caelosis: *Domine, faciamus hic tria tabernacula, tibi unum, & Moyse unum, & Elia unum.* Distributio omnino praeceptis, sed ex parte nescientia prudens. Nescientia prudens, quia tibi unum, ait, *Moyse unum & Elia unum.* Non singulis omnia, sed singulis singula. Tibi & tibi. Tibi unum, & tibi unum unicuique dicit: tibi & tibi unum, ut absolute ac omnibus numeris perficiatur ministerium:

Singulis singula distribuentia non omnia.

Languent merita non dignata.

igitur languescunt merita, aliorum affluentium plenitudine vacua.

9 Distributio omnino praeceptis. Verum quare, si unicuique signat pro maiestate thronum, spectabile tabernaculum, dicens: *Tibi unum, Moyse unum, & Elia unum?* Iuxta commendabilia assumendorum merita, construere decreverat tabernacula: ita, sed in huiusmodi cogitatione fuit distribuentis imprudentia, & Christo maxima iniuria. Aequalia excogitavit tabernacula, cum Christi Principis & ministrorum essent inaequalia merita: & huiusmodi aequalitas primij distributoris dedecoravit inaequalitatem Principis: igitur ubi merita insigniora, non honor, sed ludibrium existunt aequalia munera. Imprudentia est, imò acrisa, ministros esse illustres, pares facere dignitatibus, ubi Christum superiorem cognovit dotibus.

Præterea. De excessu crucis loquuntur in huiusmodi consilio, ut elevaretur et pulvere criminis æget homo; & Petrus ex abrupto tabernacula erigere satagit. Profecto nescit: igitur advocationem synedrorum ut mundum reformarent, contorsit ut illi tabernacula obtinerent. Non sibi consulat, cuius opus est alijs consulere: ideo nescit Petrus, dum intelligit importuna cogitatione: quippe expectationi publica turpe, congregari viros insignes, ut nanciscantur duntaxat dignitates. *Faciamus hic, ait Petrus, tria tabernacula, tibi, &c. Hic non ita. Hic* consulari alijs, non synedris. Miseris hic præparatur amissa corruptelis caelestis gloria; quoniam consularij non habent hic tabernacula.

10 Præcipitium suffragij considera. *Tibi unum, & Moyse unum, & Elia unum.* Miserè erravit in propositione, nesciens quid diceret. Tabernacula significant ministeria: & iavertio in propositione ordine; gloria electorum rutilaret in culmine. *Tibi unum, ait, Moyse aliud tabernaculum, & Elia etiam aliud fastigium.* Extra chorum saltat. Aptius diceret meditatit tabernaculis, *Tu huic, quam tibi hoc. Moyse tibi, non illud tabernaculum Moyse. Elia illi dignitati, nullo modo hac dignitas erit Elia.* Iuxta ministeria sunt deligenda exercitia: igitur ut in electione clarificat eligentis prudentia; non munus querendum est homini, sed homo muneri.

Causa suppetit. *Tibi hoc* suspectus calculus, & vox affectus. In tabernaculis dignitates exprimentur, & his verbis motus pectoris sani, & infani apprimè delicantur. Perpende. Affectus dicit, *Tibi hoc.* Iudicium autem *Tu huic.* Non *Tibi hoc*, quia dignitas tibi placet: sed *Tu huic*, quia sic dignitati congruit. *Tibi hoc* refragatur ratio, quanvis subscribat affecto.

Paria munera imparibus meritis sunt ludibria.

Bono publico consulendū.

Ibid.

Non eligatur munus humini, sed bono muneris.

Quarta tar com medum throni, non electi.

Genes. 12. Homo quart dignitate, Deus hominem.

Ine. 6. 8. 10.

Ordo rectoris dignitas.

Dignitate non de corretur electus, sed electi dotibus thronus.

10. *Tu huic* est prudentie definitio. *Tu* ad culminis splendorem spectat. *Tibi* ad utilitatem propriam: & erit praeceptis omnino in assumptione eligendorum suffragium; dum assumitur in multitudine electorum, cui filamina profiant lucida sedis, non autem qui dotibus augeat splendorem dignitatis.

Alier Deus quam Petrus decernit. *Faciamus hominem & praestit*, inquit: Petrus verò: *Faciamus hic tria tabernacula.* In utraque periodo auditur *Faciamus.* At Dei vox, *Faciamus*, ut praestit hominem. Petri verò, *Faciamus* hominibus dignitatem. Quid vobis videtur? Petrus dictione nescit, dum Deus electores in propositum instruit: igitur non inquirenda dignitas homini, sed homo insignis requirendus dignitati. Vernacule luculentius per Epanodon: *No se ha de solictar trono para el sugeto, sino sugeto para llenar la magestad del trono.* Vide *Tautolog. 6, Didasc. 15, num. 4, & 5.*

11 Norma probæ electionis patet ad oculum in constitutionem nobiliorum Principum. Pernoctans in oratione Dei, siquidem optime cadunt pervia electio, & pravia oratio; cum dies tactus esset, (ducit nam in suspitionem praerox electio ante constitutum diem.) Aliertor & Magister N. Iesus-Christus, *Vocavit discipulos suos, & elegit duodecim ex ipsis, quos & Apostolos nominavit.* Recole orationem: *Vocavit, elegit, & nominavit.* Panegyris admirabilis, & ordo caelestis! In mundo ordo praeposterus, cæterum voluntarie commutatus. Christus vocavit, elegit, & nominavit. In nudinis sæculi pro splendore Reipublicæ vocatur homo, nominatur & eligitur. Nequam ordo in electione, siquidem ad electionem non sunt vocati. Ad quid ergo vocati, si iam electi? Quos electi sunt suffragatores ad culmen, si nominantur, & vocantur electi ante electionem? Plus itaque tunc videntur vocari ut plaudant vocales nominantibus affectum; quam ut promant schedulis peculiare iudicium.

Series verborum debet esse temporum. Nominare & dein eligere, est querere dignitatem in commodum eligendi: eligere verò ante nominationem, est querere hominem ad dignitatem, ut munus honoretur, dum dignus culmine dotibus suis in dignitate extoititur: & Christus nobis relinquens exemplum, Apostolos eligit; antequam nominet, quos in collegium vocavit: quippe dignitas non eligenda homini, sed homo muneri. Vocavit, & nominavit quos elegit. Nominavit homines, non dignitates. Non dignitates, quibus decoraretur electus; sed homines, quibus præcelleret thronus.

12 Pericula inversi ordinis calluit Protoparens Benedictus, dum arcens mali contagium *Regul. Sancti. cap. 64,* ait: *Eligatur qui ordinandus est.* Grandis utique sermo, & omni acceptione dignus. Non ordinetur eligendus, eligatur ordinandus. Non aderit, ut pruderent nar, in eligendo ordinatio: in ordinando præstabit electio: alias quæstum ambitu sitienter præferente, ordinatus suffragijs eligetur sine ordine. Eligatur ordinandus, ut non eligatur dignitas, sed dignitatis auctoritas, exte acceptione personarum, & præfente præstantia meritum. Ante hominem omnia Hexaëmeri dicuntur bona: confituro verò homine, universa bona valde. Merito quidem: igitur ampliorem postulabant benedictionem post hominem praefidem. Inspiciens auctoratus non cogitat, quæ dignitatis sunt: sed seipsum in dignitate, ut appareat quantus est. Evanescit, quia ordinatur. Instatur, quoniam eligitur: & in munere de Hecates cæna quæ sitiat, quantuncunque magnificet cogitet. Intumescit in solio, sed illudatur; quia nemo vel in maioribus maior seipso.

DIDASCALIA VII.

Principis error multos involuit.

1 Mellissui Doctoris viridario exterpimus venustum stotulum, ut ritè temperetur aviditas Principum. Ita in *Antholog. seu Parnasi.* Antiochi ad instar fuicuo secunda attentionis & fomite defixant genite vanitatis; quasi mortales Deo possent paria sentire, fluctibus maris in perage, nontium acituales in statera appendere, & sidera manu tangere. *Non cogitant* (inquit Bernardus de *Consider. ad Engen. lib. 2, cap. 6:*) *ministerium, sed dominium, & etiam quod posse, licitè posse.* Eorum imperio nihil impossibile, quanvis non recte. Qui humi serpebat parvulus, praesens sedet in cathedra sapientissimus. Quomodò fiet hoc? Quia dicit Thratio: *Ecce plusquam Salomon hic.* Quid præstantia dotum! Quid praclarum ingenium, inauditum ratiocinium, perspicax acumen! Sub hoc curvantur, qui portant orbem. *Qui hoc facit quoad nullus, mirantur omnes.* Cecinit Euripides *Tragæd. 5.* Unde plerumque lactari fortuna laborant specialissima amentia. A prudentibus, qui ita delirant, quasi gerra ridetur, a callidioribus vastre plauduntur: quapropter plausus non videtur poppyllimus, sed sarcasmus. Ecce Adam praesens quasi unus ex nobis.

S. Ben. Non creditur eligendus: eligatur ordinandus.

Genes. 1. 14.

Bern. Altitudo attonat.

Berni Indignus non cogitatur ministerium, sed plausus.

Eurip.

In munere obscurus.

Math. 17. 4. 5. 1. Dignitas impellit in pœceptis

Perseus in saxum

Dionys. Leb.

Lira Orphei in dextra Neantibi, quid?

Apoc. 14. 2.

Tradatur ministrum iuxta exercitium

Faciamus hic, dixit Petrus in Thabore fœdite, & vox de celo auditur, adhuc loquente. Signatur locus & cogitatur tempus. Nescit quid dicit, loquens fatuitatem, & nubem viderent arbitrij progressum incunctanter cœciterent. Opus est utique vocibus de celo misis, si superior perfilit in fatuitate operis. Periculosum frequenter potentiam suam mirari. Perseus versus est in saxum, aspicens quo alia vertebat, caput Gorgonicum. Audi Dionysium Lebecum Emblem. 20. in huiusmodi propositum ingeniosè canentem.

Ipsa sui nimia est rebus sublata secundis Mens hominum, & nullum novit habere modum. Qui modò non dubie referebat premia palma, Egida protendens saxifigumque caput; Diriget ipse quoq; in saxum, dum respicere ausus, Non potuit monstrum lumina ferre sui. Ita ubi Principes vires proprias mirantur, ipsa potentia obdultepescentes rigescunt. Cogitant in malum, aliorum in eodem culmine potestatis extensionem; ut fœdus corruant nescientes dexteritatem.

2. Caput & lyram Orphei supernatasse, apud Poetas legitur, illo à fœminis farentibus trucidato. Reconditur caput humi specie honoris, luctu musica lamentatricis, ac lyra suspenderit in templo Apollinis. Hac Orpheus saxa moverat, flumini cursus suspenderat, cœlo converso deorsum, & terra sursum, immotis hominibus, & motis arboribus. Neanthus verò Pittacri tyranni filius lyram nactus, munere latus, quasi omnia ad nutum percussis fidibus everteretur, in suburbium noctu descendit lachrymabilis citharedus. Quid? Hem! Orphei possidebat lyram, verum non caput, aut dextram. Cordas rude ferit, vagusque fatidice furit. Trahere intenderat consonantia è situ firmissimum cœlum, ac pervertere diapsalmaticibus mundum. Sed quam fœcus? Quietis in suburbio, fidium absq; sono quasi cymbali bubuli, canes perciti in rabiem; extemplo discerperunt fidicinem.

Lesbia fabula est. Per lyram intelligitur exercitium dignitatis, cum dicitur, Vocem quam audivi, sicut citharedorum citharizantium in citharis suis: de quo suo loco Tom. 6. Tautolog. 5. interim vide Philipp. Picinellum in Mund. Symbol. lib. 23. cap. 4. Huiusmodi regiminis instrumentum, dum ab imperitis percitur, plauditur; sed sonitu, atque fridore infernus cum furis commovetur. Aggravantur aures & percellitur auditus horribili modulamine cantus. Unde istis tanta in difficultate fiducia? A phantasia: quippe credunt unà accipillè scientiam, à quibus procaciter regiminis acceperant spectabilem lyram. Cum ca-

pite Orphei lyra esset consona, & regimen musica; quippe fides consiliorum arte laxarentur, ac extenderentur concentui: verum instrumentum civilis musices sine capite; quid, nisi lyram ad scopulos alidere? Gloriantur stupidi lisdid bainli moderatione Reipublicæ. Verum quid? Taxat Ioannes Mercerus dicens:

Quid sibi vult asinus tergo mysteria portare? Indoctos videas sepe præesse sacris.

Apparent terriculamenta animalium in silvis exuvijs exoticis leonis. Haud doctus homo gaudens Epicæti lychno, nec Therites fortis Achilles armamentario. Opus est enim Philodete ad lagittas Hercolis, & Diomede in dexteritate Ulysis. Unum nihil, duo plurimum posse. Duo talenta necessaria sunt, intellectus scilicet, & operatio: alijs operationes erunt sine intellectu. Offendunt ineptijs dominationem, & expectationi publicæ inauditam fatuitatem, quasi totius possint ordinem invertere orbis, stridore hotritono tradita dignitatis.

Præses piscium, altitium, & terrestrium animalium designatur Protoplasus, ut ordine rationali floret mundus: nimirum piscium maris, aeris volucrum, & bestiarum. Faciamus (dicitur) hominem, & præsit piscibus maris, & volatilibus cæli, & bestijs. Quam aptè designantur loca, ut fulgeat in cunctis moderatoris prudentia! Extra aquam piscis moderatur & corrumpitur, ales in aqua non volat, nec bestia gurgitem alit: & subditorum præsidij designantur loca; ne inflatus contundat pro lubito ministeria. Unde fanaticè innixus potestati olensurus dominium, intendet profectò subditorum interitum. Sciat se præsidem esse, & dominatu quid posse; ne iussis deliret, erroreque Principis involvantur & reliqui quippequàm tunc rationalis videtur dominatio, ubi unusquisque subditorum remanet in loco suo.

3. Aruerant ossa domus Israel dispersa per Gentium agros (opprobrium abundantibus, & despectio superbis) ac dicentia præ dolore vulnerum gravi: Servi dominati sunt nostri. Qui dispersit Israël congregavit eos, in vita etiam molestijs emortuos: & Ezechieli ut reviviscant, dicitur: de ossibus vaticinare. Exclamat, commoventur, & revocantur ad optatam auram, simulac unumquodque accessit ad iuncturam suam. Huc mentem advoca, quippe sat hoc. Ad iuncturam suam singuli adhaerent ossium, ut rite reedificetur mortale hocce delibatum habitaculum. Prudenter quidem, ne pateat ludibrio fabrica, dum superius iacet infra, & inferius præstat supra. Si essent omnia unum membrum ubi

Indoctus sepe dignatus

Ioanna Merc.

Nemo dignitate doctus

Genes. 1. 26.

Unusquisque in loco suo, regimini est presens

Tren. 5. 8.

Ezech. Superius infra, inferius supra non est prudentia fabrica

Sed ambitionis monstrum

Impossibili operatio, ubi repugnax conditio

Ioanna 7. Act. 1. 4.

Præses est sine cerebro abuteris dominus

Ezech. ubi sup. 7.

Etiam resistit in imperio inest commotio

ubi corpus? Iam non membrum, sed teterrimum quoquo latere monstrum. Si subvertentur promissæ privata loca, commutarentur abdube membra corporis ministeria: igitur omnia inhiarent certatim altitudini corporis, & incumberent anxie dignitati capitis, iure præsidis: unde expectato serie & ordine Reipublicæ resurrectionem, & ditribuendam unicuique dignitatem, terreret monstruositas secum membris certantibus, oculis fixis pedibus, & tot capitibus. Distortè admodum ad unguem perficietur structura, si inter membra unius corporis pro dignitate excitatur schisma. Si totum corpus auditus, ubi odoratus? Epilepticum profectò patietur civile corpus.

Hæc tanti corporis subtili metaphora, commendatur præsidij in civili dominatione prudentia; ut cogiter sensatus rationale dominium, & uniuscuiusque operantis ministerium. Neutiquàm mens volucris ærem intelligendorum extra cœlum capitis, intellectio nis volatibus fecat. Nequaquam adinstar piscium indens motio & commotio cordis ultra mare pectoris micat: nec pes ignobilis supra humum superficiem terræ perulstrat. Extra signata loca tanquam extra sphaeram impossibilis operatio; quoniam carent vel privantur destinati ministri ministerio. Ideo Christus dixit cæco: Vade. Petrus etiam claudo: Respice. Nemini imponitur impossibile. In preside, mentis stupore, absoluta potestate, abderiticum imperium cohibet ministrorum sigillatum officium. Iussu eius facuo, claudi ambulant, sed claudicantes: vident cæci, audiunt surdi, liber datur nescienti literas, & evangelizat pro Rostris mentis paupertas. Quapropter in reformatione perdit vel perituri principatus, unusquisque subditorum ad iuncturam suam est accessurus: ne præses timidus gloriatur de vacuitate ficipitis, intendens futilem ostensionem miraculi potestatis.

Malleus & securis audiuntur, quando sic ædificatur domus, non verò ubi suis coaptantur locis per manus prudentis artificis vivi politi lapides. Attamen mentis aciem in vaticinij verba, eorumque seriem consulto dirigere. Factus est autem sonitus, prophetante me (inquit Ezechieli) & ecce commotio: & accesserunt ossa ad ossa unumquodque ad iuncturam suam. Accesserunt ossa ad ossa præcedentia servata. Commendantur dyfcolis unionis commoda. Singula hærent symmetrice designate nature compagini; & nihilominus nemo vindicatur à commotione. Quails (querimus) in regimine rapido, & usi impetuosa potestatis erit commotio; si habitudine propria absolute ossa corpori aptantur, & tamen singula inter te sine impulsu com-

moventur? Igitur ut adeant membra in Reipublicæ perfectionem, utcumque pulcherrimam; singula accedant ad iuncturam suam.

4. Igitur perfecti sunt cæli, & terra (ait Moyses) & omnis ornatus eorum. Igitur nota rationalis est. Læcebat splendore terra multicolorum, versatilem germinum florescentium: cælum fulgebat pulchritudine micantium radiorum siderum. Ornatus enim obviam fit oculis, uti venustate spectabilis: verum multivaga patet Auctorum cogitatio, dubitans unà, in quo sita fuerit sphaerarum perfectio? An in ornatu? Minime. Par etenim non erat, ut quos abigeat nuper aspecu, alliceret machina cultu. Antehac cælum & terra tetrum chaos, indigestaque moles. Indiscreta omnia, quali ruditate permista, nec pondere, nec mensura absolute perfecta: igitur sepulta pulchritudine, unus erat toto naturæ vultus in orbe, ut fuscè diximus Tautolog. 1. in Exposit. Liter. Postea verò Deus secrevit ab aère cœlum, & lucidè cœlo terras, ac terris abscondit undas. Est igitur hæc totius orbis ornata perfectio: unumquodque singillatim in loco suo. Patet iam cur Moyses exprimens insertatos cælum & terram, non dicit: Perfecti sunt, sed igitur perfecti sunt: quoniam rectè inseritur, esse perfectissimà omnia, ubi ima erant ima, superiora superiora.

5. Nota orbis exordium, & historiographi narrationis ordinem mirificum. In principio (inquit) creavit Deus cælum & terram, & licet creaverit simul, exponit Moyses primò subtiliter cælum; quia cælum ubique primum. Aliter ab intensatis notatur in orbe perfectio: siquidem quarentes miserabilem vitam, cœlorum beatitudini proponunt terram. Inter fatuas & prudentes virgines intersunt dignitatum lampades. Quinque autem ex eis erant fatua, & quinque prudentes. Quinque, & quinque. Sanè mirabile. Quinque fatua, & quinque prudentes; sed primò fatua. Ecce valdes lachrymarum inornata perfectio: prædentes numerantur in novissimo loco. Si in terra ut primitus præsum conferretur à fortuna; nullatenus clauderetur impudentibus ianua. Multi quidem hic electi, ac erunt primi novissimi.

Cælum & terram. De terra dicitur, Erat inanis & vacua. De cælo & terra, Vacua omnia, & nihilum: nec aliud, quasi omnino non fuissent: inquit Ioann. de Haye in Arbor. Vita hic Concept. 128. Omnia tunc vacua? Verè. Locum non suum in confusione orbis sibi vendicat terra: non videbatur infra. Deformis in illo chao arripuit indignè cæli locum: & dicitur iurè locus vacuus, & terra nihilum; quoniam quantumvis occupatus

Genes. 1.

Quinset partit congrua sedes, est ornatus totius orbis

Perfectio regimini, ubi inanimam, summam summam

Matth. 25. 2. Sapiens fore in novissimo loco

Ibid. 2.

Hay.

Locus dignitatis vacuus inaigne

locus, in indigno locus vacuus. De hoc alibi.

Ab alijs Expositoribus, ut vidimus saepe praecedenti Tautologia, terra tunc signatur *Monstrum horribile quoddam*. Quid igitur horribilius, quam indignus in superioribus collocatus sicut caelum? Quid extra centrum non evertit furor ignis? Quid terra non allidet pondere tantae mollis? Horridum profecto, quod caelum, & terra occuparent eadem loca, quia eorum eadem incunabula. Non hoc rectae positionis locatio, nec distributionis perfectio, sed meritorum vorago, chaos, & omnimoda confusio.

Perpende. *Vacua omnia*. Caelum etiam? Eodem in loco necdum assignata sedes, igitur una erant perfructuosa caeli, & deformitas telluris. Haud pro dignitate destinati fuerant gradus, singulisque pro meritis locus: & caelum quoque dicitur vacuum, dum terra vocatur nihilum; quia si unicuique non sedes secundum merita, merita eisdem muneribus plane vacua. Vitia pari sorte decorantur, ubi pro qualitate meritorum munera non distribuantur. Mardocheus igitur si paria ceteris dignior accepit, *Nihil omnino mercedis accepit*.

6 In scopum ergo propositi. *In principio creavit Deus caelum & terram*. Nonnulli apud Haye ubi supra in *Variet. Lectio*. In principio *divisit Deus caelum, & terram*. Quo pacto? Patet primo aspectu corporum omnimode confusio, non divisio; etenim nobilitas caeli, & terrae sordes non discernebantur in chaos: nihilominus tamen meditanter in creatione exprimuntur divisa; quia nobile, & vile indivisa, astantur quasi non creata. Forma in varietate conformi Lectionum exhibetur superiori, ut separet arte pretiosum a villi: igitur orbis perfectio est caeli divisio. Caeli sedes supra, sursum: locus terrae infra, deorsum: & dum constituitur Adamus praefes, recollitur ordo perfectionis orbis; ne probulio subverteret in subditis subditorum ordinem, extendens tumide ordinatam potestatem. Lege vallavit Deus O. M. caelum, telurem, abyssos, ne transiret fines suos; ac extensione unius, locus periret alterius.

Cum sua quisque regat diversa flamina tractu, Quin lanient mundum: ita est discordia fratrum. Aptius dicam, quam Ovidius lib. 1. *Metamorph. Fab. 2. Tanta est discordantium concordia*. Caelum & terram Deus divisit, discordi pace ligavit: divisioneque dicitur ornata terra, & perfectum caelum; quia singula occupaverant proprium locum. In varietate orbis universa annunciant mirifice perfectionem; ubi unumquodque uniuscuiusque non audeat subvertire sedem.

Mysteria inferioris in superioribus.

Nihil digno pari merito aqua inas dignitatis.

Eth. 6. 3.

Haye.

Munera paria in disparibus futuri.

Inferioris exaltatio est subversio.

Ovid.

Ornatus orbis est ordo inferioris & superioris.

7 Ut praefit constatur homo; ceterum dicitur ita in formatione praefidis: *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram & praefit*, &c. Licet ab aliquibus non imperitis imago, & similitudo per Hendiadynd censentur quid indistinctum, nec plus per similitudinem, quam per imaginem sit expressum; ut patet seorsum *ibid. cap. 5. v. 1. & cap. 9. v. 6. de quo egimus in Exposit. Liter. num. 21. & seqq.* Nihilominus tamen imago sita dicitur in mente, & similitudo Deitatis in voluntate. Ad Alapide, Pererium & Haye hic. Ad quid inquires huiusmodi expressio in auratione praefidis hominis? Ut prudenter sefe gereret immutabilis in varietate regiminis. Moltories de loco ad locum, tanquam de centro ad exoticum contrarium elementum bestia volans, ales serpens, piscis in aere, sustollitur homo, quia placuit praefidi. Unde S. Patriarcha Benedictus mala ingruentia huiusmodi proiecit voluntatis sine ratione, eliminare intendens, propter scandala (que signat *cap. 60. & 62. Regul. Sanctae*) *cap. 2. consulto dicit: Non ab eo persona in Monasterio discernatur*, quippe tunc neutrum in acceptione nanciscitur, nec ministerium a quo per vim dignus removetur, nec munus ad quod indignus assumitur. Quapropter Saturninus ex militari disciplina in qua apprime floruit, in expertus obiens imperium (uti refert Ioann. Chokier in *Tbesaur. Politic. lib. 3. cap. 13.*) dicitur: *Amisisti optimum Ducentm, eligendo pessimum Imperatorem*. De multis Caligulae genium imbibentibus, iure dicere possumus ex Tacito *lib. 6. Annal. cap. 20. Nec servum meliorem, nec deteriorem Dominum fuisse*. Plerumque pennis affectum intendit praefes, volare ignorantia volumina, cum non animalia, sed volatilia dicantur iure pennata: & Adamus dum constituitur praefes, constituitur ad imaginem, & similitudinem Deitatis: quippequam deviat ab recto regimine, quoties propter factiosam caecae voluntatem supposuerit pro lubito intellectionem.

Contemplari congruit (sed minime cogitatur) quod alijs datur sermo sapientiae, alijs sermo scientiae, alijs operatio virtutum, alijsque interpretatio sermonum, sicut dicit Apostolus: ceterum unicuique ad utilitatem; quia divisiones gratiarum sunt: alias sine divisione potius foverent dignatorum pectoris infanctorem, quam optatam omnibus utilitatem. Difficile prorsus, fingatur licet voluntatis patricis vario colore, quae divisa beatorum efficiunt, unicus collecta tenet. Singulis singula. Tili unum, Moyse unum, & Eliae unum. Nec singulis omnia, nec omnibus singula, uti diximus *Didasc. praec. num. 7. In domo Patris*

Genesi 1. 26.

Bestia volans, ales serpens in regimine, non miracula, sed monstrum.

S. Benz. Ass. Eur. in electio ne fatuus.

Ioann. ChoK.

Tacit. Nihil ad. di.

Plura munera in uno non edunt uti litatem, sed in fluctuant.

Ioann. 14. 2.

mei mansiones multae sunt, ait Christus. Multae multae, ut aequentur meritis; quoniam si omnia in uno suffragio gratiae, expellerentur ceteri quantumvis digni. Unicuique sedes iuxta qualitatem laborum in gloria, ne praetermissa languerent iure merita. Ministerium igitur exacte impletur, ubi singulis peculiare ministerium commendatur.

8 In diebus Elisei, filij uxoris prophetae defuncti matri offerebant vasa, & illa oleum infundebat. Insufio proculdubio praetantissima, ubi suppetunt in distributione vasa. Excaventur meritorum scalpro, laborum cestro, alias erit profusio in dignitatum infusione, & astuabunt vasa sine capacitate. Vas petenti genitrici, respondit filius: *Non habeo, stetitque oleum*. Belle. Replebantur vasa ab ubertate domus; verum sine vase fiat; esto expectator sit filius: quippe oleum dignitatis haud insufi debet ex voluntate dantis, sed ex capacitate recipientis. Hoc inter benemeritos & indignos discrimen. Accipiant hi dignitatem, & eius splendorem ad speciem ad speciem, quoniam valid gutta olei superfluent vasa redundant vel pondere nimio brevi tempore crepant. In benemeritis parum olei infunditur, & vacua permanent corda: in indignis illuvio inundat pectora, & defunt vasa. Sine vasculis haud frustra stetit oleum; quia, esto mater, sciebat filios nequire comprehendere ministerium.

Distributio munerum sit insufio, non profusio.

Ambros.

Lorin.

Frustra conferunt officium non in intelligentium.

Ioann. 14. 2.

niam a potestatibus eliguntur: subvertantque in operantibus habilitate ministerium, ut infolentia valeat dominationum. Unde humilis indotatus gloriatur in exaltatione, & dives praclaris meritis in deformi humilitate: nec stat oleum; quamquam spectetur supremum infimum, infimumque supremum. Munera duntur promissa, & apparent ministeria supervacua.

10 Subit mentem electio ducis strenui Mathathiae iamam moritur. *Ecce Simon (ait) scio, quod vir consilij est: ipsum audite. Iudas fortis viribus a iuventute sua sit vobis princeps militiae*. Scio inquit. Prudenter praemittit intellectionem. Scio quos elegerim: siquidem electio inter filios anceps & lubrica, percula impulsu voluntatis paterna scientia. Scio. Fundamenta mittuntur in resurrectionem regni iam lapsi, ut emineat florens futuro prudentiore regimine. Simon sapiens, Iudas miles. Ex his constabitur fulcrum principatus, haud seorsum ex singulis: siquidem scientia sine militia Platonium erit signum, & militis audacia sine scientia praecipitium. Simonem audite, quia vir consilij est: princeps militiae Iudas constituetur, quia fortis. Minime inter utrumque commutetis ministeria (uniuscuiusque indolis exercitia peculiariter) quia in principatu nihil magis cavendum, quam sequi consilia praerupti militis, & gladium militiae tradi in manu Senatoris. Proponionem & experientiam speculetur singulorum electio, ut praefidum dexteritas vigeat in dominatu. Deaceus semper & Senatori lancea, & Militi toga.

Fortuna apud Ethnicos caeca fingitur, dispergens, non ditribuens dignitatum insignia, per aereum volitantia, atque in hianctium sinum sine delectu cadentia. Vide Vincentium Chartarium in *Fortum. & Natal. Comit. in Mytholog. lib. 4. cap. 9.* Non est descripio fortunae caccitientis prodigae, quae quidem non est; sed principis holidi abutentis potestate. Militi cathedram, legisperito sicam, consiliario gladium, mulieri scutum, Sacerdoti togam, regi pallam, rultico coronam, afino lyram, & sic ceteris dedit munera. Erit ne gloria? Erit absolute plena potestas: & non plaudetur ut summa auctoritas praefidis, sed ditributio indigna fanaticae fortis. Circumspiciatur ministerium, & non dominium. Non imitandus praefes praecipit Adamus, in quo propter dominium dominatio ruit. Ceterum gratis fatisco. Huius principis error multos involvit.

— Vacuo qui currere semina motu Affirmat, magnumque novae per inane figuras Fortuna, non arte regi.

Indigni digni habentur, quia eliguntur.

1. Mach. 2. 65. & 66. Scientia praevincit electionem.

Iuxta singulorum dotes, discernenda dignitas.

Distributio munerum a fortuna qualis. Chart. Nat. Com.

Claud.

Postumus dicere: cum Claudiano in Rufia. lib. 1. v. 16.

DIDASCALIA VIII.

Sciat prelatatus multorum
servire moribus.

S. Ben.

Qualis
sapientia
profundis

Gregor.
Pap.

Et prim
denia su
gerioris

S. Ben.

Pondus
regimini
na.

Solorz.

Fallax
gloria re
gni.

Flor.

ITa loquitur Superiorum norma N. Patriarcha Regul. Sanct. cap. 2. & ut magis luceat Legislatoris edictum, singillatim illustrabitur utile testimonium. Sciat (ait) quam difficilem & arduam rem suscepit, regere animas, & multorum servare moribus. Perpende. Sciat. Quanta deliramenta, & scandala, si nescit! Fœdus & noxius, si infatuatus ipsa qua debet, nescit deliramenta. Ceteros quosque (ait Gregorius Magnus Homil. 34. in Evangelii) despiciunt, nulla infirmantibus misericordia condescendunt: & quod se peccatores esse non credunt, eodeterius peccatores fiunt. Sciat, & ex his quæ passus, ut condolere possit his qui ignorant, & errant; cum nemo nesciens absolute obedire, perfectè didicerit imperare. Sciat, quia ignorans etiam ignorabitur, & turpiter despicietur: si quidem adhuc in corde humilium suggestio, (licet non assensus) fover superioris despectum; si non alior, ut superior univervo populo ab humero, & fursum. Sciat, ne subditi sciant nescire: attamen non plus sapere, quam oportet sapere; quia nimium suspiciosus nunquam requiescit, ait idem Patriarcha ubi supr. cap. 64. & in circuitu capitis ambulabit. 2. Sciat, sed quid? Quam difficilem & arduam rem suscepit. Nolunt plerique scire quid discrimini interit in onere, & honore. Sanè inviti accederent, ni nescirent. Honore proclive funguntur, sed onere elati curvantur. Aculeata corona pinguatur & radijs quasi sagittis, seu sagittis quasi radijs. Munus inversa docebit, exclamat Ioannes Solorzanus Emblem. 15. ex Ioanne Orozco Covarr. lib. 2. Emblem. 33. Inversa docebit, quia principum tempora splendoribus pungit. Quid Democli invidenti Dionysij fallacem sortem, aurea lectula, aula vivide picta, aulas spatiofas & speciosas? Quid diligenter argenti calaturas, & laudanti regni pompas, si terret purpuratam cervicem ensis, & e pilo pender aura vitalis?

Miser tyrannus, cuius ensis imminet
Dependantus cervicibus,
Medijs in audis ariet, & pluma leves
Non elaborant somnulum.
Mentis tumultos submovere turbidos
Non gaz a, nec liſtor valet,

Succinuit Florentius Emblem. 26. Quid mi homo? Facilis an ardua vita in principatu? Vide quæ diximus Tautolog. 1. Didasc. 4. & 5. Neque enim regnare aliud est (ait Saavedra in Idea Princip. Symb. 20.) quam tria suscipere, conservandi nimirum, acquirendi & amittendi. Quantum toxicum in brevissima voluptatum! Quantus stimulus promotionis, scalpellum conservationis, & morsus acerbissimus remotionis? De quo aliquando nobis obviam exibat dentati sales, ut sapiant ambitioni sustinentes. Improba honoris cupido pro cupidijis peti invia, ipsi vel anfractu videntur plana; tantummodo contemplantur culmen honoris, resiliens ab onere dignitatis. Duplici humero suffulcenda dignitas, ut sibi proficiat cum pondere dignitatis auctorata maiestas; ac (proh nefas!) ambitiosum humero uno servant dignitatis, quia refugæ iactu retrocedunt ab onere. Amplectamur, aiunt, fastigij commodum; & proijciamus à nobis durissimum iugum.

3. Ardua sanè huiusmodi via, quantumlibet dextrè remis utaris & aura. Attamen difficilior, quæ signatur à Legislatore Benedicto. Arduam rem suscepit, regere animas. Querimoniam Dei de Sacris Ministris videris apud N. Gregorium Magni. Homil. 17. in Evangel. & palsim in Pastorali. Regere animas. Ergo in animarum lucrum erit imperium: alias quæ sua sunt, inquirent dignitate gloriosi, non quæ Iesu-Christi.

Peccavit populus Israel peccatum maximum, absente Moysè prelatore, erecto in adorationem vitulo. Sapientius absentia præfulum calefacit corruptelam subditorum. Dormiant discipuli discedente Iesu, quantum iactus est lapidis, & iactatur ipso dormiente navicula fluctibus. Erat enim in mari contrarius ventus, etiam cum gratia orandi in montem ascendit solus. Ita expertus est Moysès populi scandalum, cùm ab illo recesserat ad Dominum. Recalcitravit populus impingatus, dilatatus, in idola totis viribus studiosè propensus: igitur minime curvantur gratiarum pondere capstones, nec secuturum miraculis duræ cervicis. Tunc Deus fortis zelotes acriter punctus, ductori dixit: Dimitte me, ut irascatur furor meus contra eos, & deleam eos, faciavique te in gentem magnam. Neutrquam: respondet Moysès. Spectabilis profectò deliberatio ducis! Aut dimitte eis (inquit) hanc noxam, aut si non facis, dele me de libro tuo, quem scripsisti. De libro principatus vertit Caietanus. Ingenium prorsus nobilissimi Principis, cum limini inhareret suorum miserima clades.

Inteade. Ne quæſo dicant Aegyptij, ait: sed quid

Regnare
grandis
maleſtia
Saavedra

Ignomi
nia præ
fili, in
calami
tibus
deſerere
voto

Ambitio
ſi onus
dignita
tis reſu
gunt

Regere
animas
ardua
via.
Gieg.

Absentia
preſuli
ſubreſſio
ſubdito
rum.

Exod.
31. 10.

Verſ. 32
Caiet.

Verſ. 1

Ignomi
nia præ
fili, in
calami
tibus
deſerere
voto

Probr
que tra
dere lu
pi.

Placet
principi
irato, pro
inimici
interreſ
ſio.

Ibid. v.
28.

Cura ani
marum
ſpeciali
ſtudium
preſulib.

quid dicent? Aliquando uti fecit David cum Ioab, connivenda sunt crimina, ne fiant maiora: igitur cum dispendio iustitiae zelus, vindictæ stimulator, tunc non erit zelus, sed furor. Quid dicent Aegyptij? Dominum intendit placere, ex eò quod inimici possunt dicere? Sane: plura pratermittantur politica agendi ratione. Quid dicent Aegyptij de te? Quid de me? Fungitur suprema dignitate, atque dedecoris vel exultimati commoveretur vapore. Emulanda auctoritas & intentum recti propositi: ultra se abdicat principatu, populi cade; quia ignominiosa omnino principis Moyse. Quid dicent Aegyptij? Propter amplio rem, dicent, dignitatem, quam ignominiose stivit; subditos pastor in calumitate deseruit.

Uterius. Faciam te in gentem magnam, dicit Moysi Dominus: hic autem, Dimitte eis hanc noxam. Quanam principis magnitudo, perente populo? Salva tenetisum, est vox latronum: at Moyses cum invitatur ad altiore celi tudinem, propriam quam obit, deponit dignitatem: quippequam probrum patet generosi principis, oves ob peculiare lucrum tradere lupis. Vernacule. Como no me quede a pie, importa poco entregar a un lobo la dignidad. Si Moyses annuit, periclitatur populus, & ille ille magnus: si renuit, adhuc abiectus, fit summus. Fallit periculum, cum deletur de libro principatus: quandoquidem dedecus præfidi concedere carnificinam, ob amplioris dignitatis futilem gloriam. Longè abest circumſpectio Moysi præfidi à dilplicitia, longè a querimonia, longè à supremi Domini tadio; igitur placuit inordinati præfidi oppositio.

Modò diligentius contemplare conatum Moysi. Dominum obsecrat, ne in subditos irascatur, & maiestas eorum punitione devolvatur: nihilominus tamen zelo periculi Moyses procedit in idololatrarum exterminium; siquidem ceciderunt in die illa quasi viginti tria millia virorum. Quid amplius iræ, indignationis, & tribulationis immitteret Dominus per Angelos malos, quam Moyses vituli cultoribus per proximos suos? Precatur, ne Dominus accendat omnem iram suam, & irascatur? Utique. Periculum animarum prevaricatore facerent; si subito gladijs inimicorum succumberent. Iudex & prætor coram adest, idolum conterit, in potum distribuit, quo viscera tanquam toxico exaltant, & experiantur, quam amarum reliquisse Dominum. Cognoscunt, respiciunt, & tunc prudenter destinantur ad iugulum; in iustitiae & charitatis obsequium: igitur apposite tribunal ascendit iustitia, ubi cognoscitur

noxa: & sicut iudici expedit, quòd vitam corpora perderent; ita præfidi congruit, quòd anime non perirent.

4. Coniunctionem denique regiminis animarum, & commodi ovium in auctoritate tanti Patris observa. Ardua res, regere animas & multorum servare moribus. Hic summa prudentiæ: etenim subditorum propensionibus indulgere, est animas penitus perdere, non salvare. Haud Præfides sæculi commendationibus merita, & congregationis feriem libera potestatis subvertant, nec muneribus inhabilibus munia distriuant: igitur spe ampliorum lactati, munulculis nutriti, cti agnoscant corruptelam, solutioremque vitam; quasi pellibus lupi sunt canes muti, non valentes latrare. Ergo non tuta conscientia lapillo in os iniecto; & faburrato ventriculo. Transseamus, licet cum pondere (de quo Silvester à Petra-Sancta Symb. Heroic. lib. 6. & 9.) vox potius grunnam quam circumſpectorum præfulum. Silentium deploratum, vel deplorabile, dicam cum Apuleio lib. 11. de Assin. Aur. Quod quidem silentium adulans appellavit Hilarius in Psalm. 138. Ex utriusque epitheti ampla vivacitate, conficitur morsus rotoris vermis conscientia.

Intende. Maiora semper sunt semel gustata libertas, indignaturque ad licite negata subditorum procatias; ita ut vel concedenda sint omnia, vel vincenda amicitia. Ergo cum laxis habentis corruptela morum subditorum pratermittitur; tacitis lenocinijs prætes criminibus assentatur. Qui non vetat, cum possit, iubet. Unde hominibus placere cupiente, casta potestatis; singui vitæ genus sibi fingit, quale pronus cuiusque in libertatem animus suadet. A familiaribus despiciatur, à despectis expellitur. Ultima ferè merces placendi: tuncque cogitante Dei & hominum irritum placitum; dignè, cùm serò, adulans deploratur silentium. Bernardum contulit lib. 1. cap. 5. de Considerat. ad Eugen.

5. Iam ergo patet contritis phalantia vepribus, ac ruderibus inanum cogitationum destructis à præfulibus; quam ardua & fera via est, regere animas & multorum servare moribus. Servare vigilantem dicit Patriarcha. Nobilis servitus erit præfulum in subditos periculolum dominium: siquidem principes gentium dominantur eorum. Vos autem non sic, dixit Christus Apostolis. Verum quomodo? Astruit, qui supra monet, subinde. Aliam (infit) blandimentis, aliam vero increpationibus, aliam suasionibus, & secundum uniuscuiusque qualitate, vel intelligentiam se omnibus conformet & aptet. Quapropter Caramel in Anagramatist. fol. 1. luculenter canit:

Indigna
vox, Tra
scamus.

Munera
ligant.

Petra
Sancta

Apulei.
Quid si
lentium
adulans
Hilari.

Quando
deplora
tur

In Ecclē
ſticitur
domini
non fit
domini.

Luc. 22.
26.
S. Ben.
Subditi
qua arte
trahendi

C. 2

Carama

Caesar, Rex, Princeps, qui non se accomodat orbis

Ide ibi

Omnibus ingenijs, non habet ingenium. Intuitus exprimitur ibidem à Benedicto. Omnibus se conformet & apert :: in augmentatione boni. Sane feliciter: aliàs studeret blandiri subditis, minime vero incolumitati gregis. Sicut anima in corpore sic se gerat. In capite intelligit, in oculis videt, in auribus audit. Omnia omnibus membris fit studiosè, sese singulorum adaptans capacitati.

Qua via praefes subditorum forma?

Quanta in praefidentia

4. Reg. 4. 31. & 34. Psalm. 82. 17. Apocal. 1. 16.

Dur.

6 Levi manu illustrandum etiam hoc D. Patris Benedicti documentum. Alium (ait) blandimentis. Prudenter quidem: cum non refurgat puer ministri iactabundi baculo, sed Elisei demulentis fomento. Perperam dociles in meliora procedunt, subitus & durissima conditione ministrorum. Alium verò increpationibus. Opportunè: etenim non quaerent pigri nomen in vita Monastica, ni impleantur eorum facies ignominia. Alium suasionibus. Perproprie: de ore gladius utraque parte acutus procedat: quia aequè acies verborum & acrium verborum. Optima indoles non pungitur poppyfmate, quam punctio: ceterum improbus fit equus, & mulus. Ideo baculus insigne pastoris, de quo Durandus in Ritua Ecclesiastica, lib. 2. cap. 9. Circa trahit quos recta regit, pars ultima pungit.

Omnibus fiat omnia.

1. Cor. 9. 22. Rationale manna.

Cyrril. Ierolol. Aqua symboli bini fons dexterritatis

Demum, Secundum uniuscuiusque qualitatem, & intelligentiam sese omnibus conformet & apert. Congruè: igitur miscens temporibus tempora (de quo Nos latè hic Tautolog. 6. Didasc. 6.) omnes lucrabitur, obsecrando, increpando, & arguendo. Proficientes suaviter obsecret, ut ad altiora eorum spiritum subleuet. Indisciplinatos stimulis acriter arguat, ut confundantur; ac negligentes increpando corripiat, ut emendentur. Dicit igitur cum Paulo meditata prudentia, Factus sum omnibus omnia. Manna rationale, ad quod quisque volebat: non simulato alio, sed commiserantis affectu, ut plantatus in domo Domini Rector, & Praefes paradisi rationalis: operetur, & custodiat illum à veneno serpentis.

Audi Cyrrill. Ierofolimitani Catech. 16. aurea dignè verba. Paradisum totum fons irrigat unus, & una pluvia in universum descendit mundam; & quae alba quidem fit in spinis, rubra rosas, candida lilij, purpurea hyacinthis, flavo violis, atque in diversis speciebus diversa, & in omnibus fit omnia. Haec est enim aqua sapientiae in vivis radicibus paradisi intellectiois (floribus eius nec rosa, nec lilia defunt) multicolor, discolor, verticolor: nunquam ipsa, semper alia: & si semper ipsa,

quando alia; toties unicuique mutanda, quoties singulis movenda. De his igitur vita comite, uberius Tom. 2. Tautolog. 5. ad illud Marc. 14. v. 36. Abba Pater.

7 La praefidem irrationalium inauguratur primus homo: at in singulorum genera ca lege protenditur dominatio, ut animalium terrestrium, & aquatiliu non conturbet classem, nec volucrum superiorem omnibus ordinem. Hominem, & praefit piscibus maris, & volatilibus caeli, & bestijs. Extra sphaeram unumquodque animalium est clarum, procederet ut invitum: & tunc dominium praefidis esset absolutè potestatis, & non rationis. Ideo Petro dicitur: Pafce agnos. Prudenter, rege agnos, ne gravi acrimonia convertantur in lupos. Pafce oves meas, adiungit. Meas. Haud quasi tuis abataris: quia licet tibi subditz, mihi sunt maxime; & tibi ultro subditz, sed per me. Oves meas. Quid? Pafce: nullatenus percutere. Oves meas. Divide curas: quoniam quamquam meae & oves, praefidis facultate convertentur in tigres.

Scire debebat Adamus, animalia esse animalia, tardigrada, pigra: & ab illis expectari rationalium excellentiam, esse omnino praeter, vel supra naturam: ideo facultatem suspendit intellectiois, quod aliquando animalia irent, & revertentur in similitudinem fulguris. Ambulet praefes, currat, volet. Nullo modo praerurat cum ambulatibus, nec aërem penetret cum currentibus, nec denique ambulet cum volucris. Norma praefidit praefulibus pro subditorum genijs & inclinationibus, propensiones animalium imbecillibus: quandoquidem distortè admodum munus obibunt, singulique importunè praerunt; si speculi admittat callide non mutantur, prout ad cupita subditi commoventur.

8 Duo ex discipulis Iesu, qui quidem immortalitatis iam dotibus ornabatur, ex sepulchro germanans sicut Ilium; ibant ipso felici die resurrectionem eius expectantes, vel desperantes, in quoddam castellum: Et factum est, dum fabularentur & secum quaererent (Secum. Apte. Refurgit Dominus in tumulo cordis.) & ipse Iesus appropinquans ibat cum illis. Nec agilitas, nec praesantia dotum gloriosi corporis immutat in regimine naturam principis. Ipse Iesus. Ipse & gloriosus? In miraculis refurgens mirabilis! Quis hominum ipse in dignitatis culmine? Ipse & gloriosus? Quis non alius? Ipse Iesus est, & ibat cum illis. Intendebat tunc in discipulis assensus credulitatis, ut proficerent; ac ut in via illa arcana ductu superioris crederent. Illi ambulare poterant, volare sicut ipse nequibant: & non illi cum Iesu, sed Iesus ibat cum illis;

Genesi. 1. 26.

Extra sphaeram animal est elevatum, violentia Ioann. 2. 15.

Amentur subditi, non provoventur.

Sit speculum subditorum praefis.

Christus refurgit in corde fidelium. Luc. 24. 15. Praefes non immutatur dignitate.

Movetur iuxta subditorum motum.

Aptetur geniji.

Solorz.

Sic facies.

illis; quia superior (tametsi gloriosus) aptatur, praet in via unusquisque subditorum movetur. Ibat & ipse cum illis, quia ipsi ibant. Nequaquam irent, licet corda flamma superioris arderent, ni pergeret cum proficentibus, & iret in itinere cum euntibus. Si volare potuissent, ipse volaret: & ut nancisceretur perfectionem perfectionis, ibat superior cum illis. Proficiscantur, ut dulci comite ardeant: sed superior ire debet cum subditis, ut flammescant. Magister chordas lyrae dextere tangat, ne fides extensione, vel laxatione disperdat. Absona proculdubio vel furdis auribus musica; dum pro summissa canora, & pro gravi inferiori vox accit. Ingeniosè D. Ioannes Solorzao Emblem. 71. Sit faciem princeps: nec quando dissonat ulla Chorda, statim rumpat, sed moduletur prius. Moduletur prius, non rumpat; se exhibens ministrum in multa patientia, tanquam bonus dispensator multiformis gratia Dei.

Sic facies. Moduletur prius, non rumpat; se exhibens ministrum in multa patientia, tanquam bonus dispensator multiformis gratia Dei.

DIDASCALIA IX.

Amor patriae detrahit menti, quicquid subministrat cordi.

Ovid.

1 U Nnde, Felix quem sua terra tenet: canit verè felicitatis immemor, vel ignarus Poetarum princeps lib. 2. Amor. Eleg. 11. Unde Crysalus apud Plautum in Bacchide, Actu 4. Scen. 9. v. 9, exclamatur: O Troia! O Patria! O Pergamum! O Priamem! Et Virgilius lib. 1. Aeneid. v. 98. ex Principe dicit:

Plaut. Amor patriae quantum? Vigil.

O terque quaterque beati Quae ante ora patrum Troia sub manibus altis Contigit oppetere! Quis non subridet? Aptius dicemus: O terque quaterque misselli Quae ante ora Patrum, Orca sub manibus altis Contigit oppetere!

Patria nostra pa radisi.

Petrar.

Contigit. Utinam non! Sibi excidit hominis innata nobilitas, prona cum spectent animalia caetera terras. Patria nostra paradisi est. Terra patris domus est nostri communis, & in qua Sedibus à patrijs exultat omnis homo. Ait prudenter Franc. Petrarca lib. 2. de Remed. Utr. Fort. Dialog. 67. Dum sumus in hoc corpore, peregrinamur à Domino. Ergo exules filij Evae. Habemus magis peregrinari à corpore, inquit Apostolus. Hac utique memoria obliviscitur affectus; quoniam quantumlibet homo immemor patriae caelestis; cogitat quod terra sit oblivio in terra oblivionis. In

2. Cor. 5. 6. v. 30.

terram suam aliquando factiosi revertentur, & tunc peribunt omnes cogitationes eorum. Scientes, praeponit Paulus, quoniam dum sumus in corpore peregrinamur. Scientes dicit exulibus: quippe si mansionem in hoc tabernaculo extorres faciunt, in peregrinatione peregrinari nesciunt. Abdicantur; & abdicuntur impetè suasionis mentis, quousque appropinquant usque ad portas mortis. Habemus magis peregrinari à corpore (ut defiat exilium) & praesentes esse ante Dominum. Tunc gloriose post aequora gaudet:

Et felix, dicas, quem sua terra tenet.

2 Nescio hercle (Deus scit insipientiam meam) singulare certum quid (est quid incertum) propensionis terrigenarum filiorum hominum; cum vel in brutis non huiusmodi percipiatur divergium. Nemo enim (ait Seneca Epist. 66.) patriam, quia magna est, amat, sed quia sua. Iam ergo intuitus laetationis oculis patet. Non quia magna, sed quia sua: & quia sua, per fas, vel nefas fit magna. Ulysses ad Ithacae suae laxa sic properat pugil gloriosus; quemadmodum Agamemnon ad Mice-narum nobiles muros. Naturam loci, quam humani cordis minus exprimit. At Ithacae suae saxa. Stoicus perproprie dixit: quippe sapienter recordatur nucis, nutritus in faxis, natus in herbis. Unde illud Ovidij: Nux erat esca tibi, caufaque papavera somni. Non patria allicit, quia magna, sed quia propria. Propria & magna caeli est: perperam refugit caelestis soium itolidus homo, cuius anima etiam apud Ethnicos est caelestis origo. Flamma haec in ima descendit. Vel miraculum, vel monstrum. Hoc verius, quia horribilius.

3 Ultra discrimen, ut refert Erasimus in Apophth. lib. 4. & 5. & Plutarchus in Sertorio, huius, & C. Iulij Caesaris votum. Hic dixit in oppidulo quodam Alpium, de principatu illius hara commilitonibus inquirentibus: Mallem hic esse primus, quam Roma secundus. Diogenis illi placuit sententia, scilicet, Civem esse mundi, & bonam patriam ubicunque bene. Vide Laertium, & Conradum Lycosten. Sertorius è contra vel victor ad Pompeium & Metellum: Mallem esse civis urbis, quam princeps orbis. Agritij opinio Menandri dicens:

Nulla gloria sine patria.

Plus terrae inest materiali structurae mortali-um, quam aliorum discordantium elementorum. Unde homo à terra trahitur, & à potentiore trahitur: voluntate & voluptate trahitur. Quomodo voluntate, si trahitur? Non necessitas, sed voluptas: non obligatio, sed delectatio. Delectatio profectò, quia trahit sua quemque telluris imago. Non obligatio; si-

Illius memoria tenetur ter. ra.

Seneca

Patria magni penditur, quia propria, non quia magna.

Ovid.

Erasm. Plut. Patria est ubique, ubique bene.

Sine patria ubique male.

Menand.

In hominibus gloria ubi la nisi in patria.

quidem homo pulvis est, & in pulverem revertetur: terraque quiescit ad debita, cum ubique solvantur antidota. Quid hoc erit? Melius confetur in patria ignobile esse civem, & domesticum, quam extrâ, peregrinum & dominum? Aliquid spectabile laet. Utique. In patria infantia vagit, pueritia ludit, iuventus floret: & quanvis ubique terrarum & boni & mali non quidem nascantur, sed nati fiant, cum disciplina plus faciat ad mores, quam patria; nihilominus in omnibus despiciatur magnitudo, nisi inter & supra coetaneos in genere proprio.

In Bethlehem Samuel mittitur, ut ungat David in Regem, in scio Saule, nulloque comite. Ritus discrimen gloriam assumpti pueruli fecit amplior, & spectabile occasione diguitatem. Samuel David blanditur officio, demulcet principatu, sed potius situ. Unxit eum in medio fratrum suorum. Ecce amplitudo gloriae: siquidem æstimatur plusquam regnum, unctio in principem pueruli in medio fratrum. Blanditiæ genio hominis & familiare obsequium, huiusmodi constitutionis lenocinium. Si riserit fortuna, ubi vagivir infantia, grandis honos: & David consulto ungitur in medio fratrum; quia sibi & patriæ magni futura dignitas, si ibi regnat, ubi primam vocem emittit plorans.

1. Reg. 16. 13.

In medio fratrum optabilis dominium.

Grates Deo Optimo Maximo ob fortunas collatas refert Iacobus; quia suppellectilium ubertate extra patriam fruitur exul pauperimus. Qui prius laboraverat inopia, laborat felicitate; quippe sine patria non plena. Innotuit Deus summè felicem constituere Iacobum, scrutans cordis conatum & genium: tuncque dicit, quasi obsequens propensionis hominis; ut revertatur cum opibus in terram natiuitatis.

Genes. 32. 13.

Summa rerum penes Adamum in exordio rerum, obiens omnium animantium principatum. Triplici præsentia gaudebat. *Hominem, ut præsit piscibus maris, &c.* Tamen dubium animum pulsata: Cur præses factus animalium, piscium, reptilium, & volutum; non in aqua piscium, non in aëre volutum, sed in terra omnium inij possessio-nem, quin cederet terrestre animantium genus propter ignobilitatem? *Eadem ratio fuit* (subscribit Petrius in Genes. lib. 4. num. 81.) *qua finxit à terra omnes terrestres animantes.* Implexior nodus. Plus pretij exoticum regnum assert præsidis maiestati, siquidem ibi tunc alienigenæ subditi. Ex illustrioram subditorum obsequio condecoratur maximè dominatio. Leones, ursi, tigres, lupi, alizque belluz timorem pariter & terrorem incutientes; hominis describuntur urbanè concives. Pi-

Genes. 26.

Peter.

scæ, aveque in imis, in summis, oculos quasi philtro varietatis allicientes, decipiunt: eludentes & illudentes (ut avidius delectentur) quâ squamæ nitent, quâ terga fulgent, quâ branchiæ flavent, quâ colla florent, quâ piscium pinnulæ lucent, & caudæ volucrum pulcherrimè iacent. Hoc verè dici potest regnum propter subditorum pulchritudinem, non verò animalium ostendentem feritatem. Certocertius: sed præses ex terra, qua constituta animalia. Uti princeps fororum & aliorum triplici titulo Protoparens auctoratur: & præses solummodo in comitijs ferarum constituitur; quia in patria suorum optabilis imperium, citò bestiarum. Hanc rationem turpitudinem proclivitas natalis imbibit: potius quam aquilæ, commorari leoni, & draconi placebit. Ceterum haud rectè.

In patria voluptas sum imperium, licet bestiarum.

Ovid.

Causa factio-nis maximè, in Religio-si de-estabili.

Ag. 2. 5.

Genes. 26.

Præsit omnibus præses omnium.

Non est rationis amor. Canit Ovidius *Heroid. Epist. ultim.* Minuit ne Daniels dominium, debilitavit imperium, splendorem detraxit, gloriam polluit, conspurcavit dignitatem creditam, quòd leones ei subiecerunt extra patriam? Ad corvus abeat anis insipientia.

Quod honoris gratia in terra quasi in regia victuro, Deus concessit præfidi Adamo; filij contumaces factiosi, capiteones, cœli immemores, dum in exiguum præfidentiam forte promoventur, ut sua & suos elevent, insolentes amplectuntur. Ventos pascunt, nullum lapidem immotum relinquunt, ut suos extollant, ut non suos depriment, simz simiarum baiuli, deplois aquillis, electis corvis; haud alia de causa, nisi quia in eadem pilula terra, eodem cœli fornice (& plerumque adificij) non ab eodem, sed spb eodem stipite nati. Ad hoc venisti homuncio? Ad quid ergo? Ut sis, vel ut non sis? Obliviscere populum tuum & domum patris tui. Exi de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram viventium, sinendo mortuos sepelire mortuos suos.

In Ierusalem adveniente Spiritu. Sancto, erant habitantes viri religio-si ex omni natione, quæ sub cœlo est. Unus pastor designatur in præfide: quapropter futurum unum ovile, laudes eius plaudens manibus, qui tot homines congregavit de nationibus. Præses omnium constituitur Protoplastus. *Et præsit piscibus, &c.* dicitur: & maris, & cœli, & terræ committitur specierum regimen, inferiorumque levamen. Ut præsit, & pro-sit. Ut pro-sit omnibus præses omnium, & omnia experian-tur præfidem. Haud peculiaris affectu, quia eodem in fato, luceat, inordinate reptilibus, qui natus omnibus. Ideo homo, cui proprium ratio, ordinatur in præfidem, ut non suos in

Genes. 25.

Oblivio patria in dignitate in-dia: ar electio-nem à Deo.

Ibid. v. 19.

Amor patriæ non iudicat bene.

Haye.

Ut resè iudicet homo, extra patriam transfer-tur.

in culmine prospicet, sed dignitatem.

Genes. 17.

Anast. Sinait.

Deficit ab officio qui alligitur hu-mo.

Vebatur præses vincitur dignitas, & nō telluris.

6 Erudimini, qui iudicatis terram, ne pereatis de via iusta, & irascatur Dominus. *Fecit Deus duo luminaria magna: & posuit in firmamento cœli, ut lucerent super terram.* Ubi fecit, signat Sinaita, lib. 4. in *Hexæmer.* *Cum Solem & Lunam* (inquit) *sicut Adam & Evam super terram esset fabricatus, postea in altum sublevatos posuit in firmamento.* Duo luminaria & magna fecit summū artificis mirifica manus, ut diei, ac nocti præfiderent splendoribus. Super terram opus constituit, sed semovit à terra. Non illustratur nobilis officina, ubi molita luminaria magna? Potius in terra in qua nata, quam super terram videntur profutura: igitur gloriari posset quasi patria luminum, & mater præfidum. Non: quia ut præsit, constituntur; à natali solo meditanter removentur. Perperam contracta terris, lucent lumina orbis; cum vando incunabulorum affectu, indecorè deficerent ab officio.

Deinde. Sublimatum in altum vidimus Solem, luminum regem, lucis principem, & orbis præfidem constatum in terra. Congrue. Præses dignitatem duntaxat debet habere pro patria. In terra luminare maius, ut è cœlo illuminet terram, esse nascitur: ceterum à patria non detinetur: igitur præfidi nuper nati custodia, esset dignitas omnino vacua. Solis pulchritudine decoratur & solum: verum ut præsit, transfertur in cœlum: quippe præses consulere debet dignitati, qua fungitur ritè electus, & nequaquam telluris utilitati seu villitati, qua natus. Hispan. *Atienda al oficio de Superior en que está, no à la tierra en que nació.* Luminare maius super terram, factum in terra, extollitur; ut munere luceat. Luminare mains. Non esset in terra: & exulat, ut obrineat fastigia; quin commenderet tellure, qua natus; sed splendoribus, queis rutilat mundus.

Cundare modò. *Solem sicut Adam*, inquit Sinaita. Non Adamus præses sicut Sol, sed lucidioris planetae munus inhat præfidentiz Adami. Dignè quidem: dederet enim hominis iudicium, Solem exactius implevisse ministerium. *Solem sicut Adam.* Mens hominis regat, ne faciem præfidis Solis praxis rubore sustundat, & devenisset coronam: etenim propter præfidentiam reliquit patriam. Distorte admodum homo propter solum in quo natus, abdicat munera dignitatis, ad quam splendore electus. Sicut Protoplastus animantium, rector Sol eligitur temporum: quoniam princeps Sol in terris; obiens solitudines & labores culminis. Unde quasi uxoratus induet quisque prudenter præfidem, relinquens patrem & matrem.

Tom. I. Taut.

7 Tulit ergo Dominus Deus hominem in paradisum, è pulvere erectum. Deus tulit, & subidò; ne levi oculorum iactu nativæ glebz afficeretur veneno. Deus tulit, quia ibi iaceret, nisi eduxisset. Deus tulit, ne omitteret officia præfidis gratiæ nutritis. Deus denique tulit; quoniam nec pro temporis momento sapere debet hominis indolem natus in præfidem. *Tulit ergo Dominus Deus. Ergo Deus tulit.* Unde arguitur? acta probant. Innuat Adamo regiam præstantiam, unde non ingloriè moderetur creditam præfidentiam: siquidem Deus profectò fert hominem in dignitatem; dum exiit patriæ difficilem oblivionem. Blanditur animo & recordatio infantillum ineptiarum, & theatrum innocentiz parvulorum. In Adamo, quomodò ex nihilo ad aliquid, & ex quo aliquo ignobili pulvere tantus præses electus, paulominus ab Angelis constitutus? Deus constituit: & in paradisum tulit, ut præficer: ac recordaretur solum culminis, ad quod assumptus; & non pulveris à quo in præfidentem etormatus.

8 Tulit ergo Dominus Deus hominem, ut regiam paratiis voluptatis habitaret, & animantibus omnibus nomina imponeret: quapropter dicitur, *Adhuc ita ad Adam, ut videret quid vocaret ea.* Hoc actum in paradiso: verum peragi potuit in campo Damasceno, ubi homo constitutus de terra limo. Poterat: ceterum Deus in paradisum tulit à patria, propter præfidentem ipsium, & animalia subiecta. Gratia hominis; ut subdita quamquam animalia, gaudentia terreno præfide, aspicerent, *Quis esset, & non Unde.* Gratia subditorum; quoniam præfidi credita naturarum & passionum definitio: & in campo Damasceno, ubi præfidis formatio; affectu in patriam viceribus ebulliente, sententia utique esset proxima errori. Nescit amor iudicium, comite principatu: ac columbas vocaret aquilas perlicacæ, aquilas ex alio solo columbas imbelles; agnos lupos, lupos agnos; papiliones callidissimas alpides, & demum simias ferocissimos leones.

Tulit igitur Deus hominem in paradisum. Ad quid? Ob notitiam animalium? Næ. Contemplare verborum distinctionem, ac singulorum insitam proprietatem. *Ut videret quid vocaret ea. Ut videret.* Quis? Deus, vel Adamus? Hic: autumnat Haye in *Arbor. Vite in Exposit. Liter.* Non Deus, ut videret decretam præfidis definitionem; sed ut videret Adamus singulorum proprietatem. Benè. Ac non videret Adamus in campo, ubi constitutus? Ambiguitur. Aliquo sanè sublimiore proposito in paradisum transfertur. Formavit Deus ex aquis volatilia, & natalia, ex terra

S

ve.

verò hominem & animalia. Genes. 20. 24. & præsident Deo dotibus insignitum, transtulit in paradysum tanquam in thronum: quippequam subditorum subverteret rector notitiam, ni animalibus nomina imposuisset extra patriam. Ut videret præsides, traduxit qui constituit; & ut videret, quid vocaret: equidem immobilis proclivitate motus, non videret, nesciens quid diceret. Periculosa abdudic præsidi aorasia, Terra nostra. Ideo animalia domestica (ab Ambrosio de Paradis. cap. 11. & Haye ubi supr. Concept. 388. ita astruitur) ad Adam non sunt adducta. Lubricum nonnunquam iudicium in re propria. Titubant plerunque acies mentis & luminum affectu domesticorum, estò animalium.

9 Quamvis dirigi ad præsidentem videtur ly Ut videret, mihi contrarium placet. Deus animalia adduxit, ut videret, quid illa princeps in paradiso vocaret. Examen rationis, qua præsides homo, exhibeat modò animalium definitio. Coniunctionem & articulum considerat. Formatis igitur Dominus Deus de humo cunctis animantibus terra, & universis volatilibus caeli, adduxit ea ad Adam ut videret, quid vocaret ea. Quis Deus hoc iactu speculaturus? An Adamus in folio maiestatis obiret munera præsidis. Ex mente, & corpore constat. Hoc ex terra, ex qua animalia. Illa verò spiritalis, perspicax missa de caelo, cui traditur dominatio, & ad primum præsidis actum facta è terra, à Deo deferuntur animalia, ex eadem massa similiter facta; ut videret, utrum præsides affectu in patriam in animalia descederet, vel in decreto rationi consulere. Respondit praeclatè muneris. Omne quod vocavit Adam, ipsum est nomen eius. Vocavit nomenclibus propriis cuncta. Ecce præsidis à Deo constituti gloria. Animalibus scilicet, volacribus, & reptilibus indidit nomina volucrum, reptilium, & animalium.

10 Sine ostensione miraculi distorto ab hominibus nunciatur: Ipsum est animal, quod vidi, & intellexi, quia Cherubim essent. Cur non dicit, Quia Cherubim erant? Ut pateat affectus hominum penes electionem. Si displicissent, animalia, & Cherubim, si placerent. Haud electio fit ex dotibus, sed ex affectibus, aut factionibus: iuxta levam, vel faustam sortem; vel animalia, vel Cherubim essent. Nota. Ipsum est animal quod vidi, nimirum capitulo primo, & intellexi, quod Cherubim essent. Modò Cherub, & prius animal? Quid est hoc? Nescio. Summe distat capitulum à capitulo. In eodem igitur capitulo & puerum Magi regem, & rex puerum regem vocat. Unuiusquisque pro questu, aut incommodo iudicat.

Ambrosio Haye.

Ubi supra.

Præsides consulat dignitatis, non sibi.

Ezech. 10. 20.

Electus est quicquid elector vult.

Non eligitur decibus, sed affectibus.

Iuxta voluntatis sententiam procedunt cuncta. Sapientes plaudunt iurè infantem cognomine regum regis, & supremi Imperatoris; & alij regem arbitrantur infantem dignum crepudijs.

11 Accessit ad Solonem imbuendus philosophia Anacharsis Scythia. Interrogatus verò, Cuius esset & unde? Respondit: Homo. Facere & ingeniose. Si hominem discipulum quaeris, profectò adest: Cuius, & unde parum interest. Vide Conrad. Lycosthen. Erasmus, & Plurarch. in Apophthegm. En Homo sum. Præstantiam indolis si dextrè legis; supervacue lustras celebri patria forte productos, sed celebriore dignos. Cunctis erit ridiculum, si inquiritur homo bonus; an ex eleganti sit, brevis, obesa, aut incurva matre natus? An in casa, vel in regia? Specimen specès futurae & profuturae prohibitas. Habes in homine. Quid referunt unde? Selesti de mundo, prohi de caelo. Nec ullum verbum de cognatione Iosephi interrogat Pharaon. Scit patria Hebraum, & nihilominus eius placet consilium. Regnum utique periret, si peregrinum expelleret; & prudenter rex fatagit scire, quisnam esset à quo posset sperare levamen; secus verò cuius, aut unde illè, quem caelum immiserat salvatorem.

De turba magna ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis unus de senioribus Ioannem stupentem interrogavit: Hi qui amici sunt stolis albis, qui sunt, & unde venerunt? Nescienti dicit senior: Hi sunt qui venerunt. Duo inquit Unde scilicet, & Qui: & in instructionem Ecclesiae dixit Qui, verum non Unde. O rosa alba! Nolite descendere. Ab Unde inquinamini abundè. Lavamini, mundè estote. Rara facies caret menda, verum notescit amplius inter pulchriora. Attendere debetis qui venerunt, qui venerunt non unde venerunt. Unde ad regionem pertinet: Qui sunt, meritis congruit: & Qui, attrahen non Unde exprimitur à seniore; quoniam inquirenda dorum gloria, & nullatenus patria; neque ab Oriente, neque ab Occidente, neque à desertis montibus, collatis hominibus. Spiritus est qui vivificat, caro autem non prodest quicquam: & non vivificat, ni nescias unde veniat, aut quò vadat. Melchisedech obumbrandus in unoquoque. Sic est omnis, qui natus est ex spiritu. Clamigo. Rauceo. Labor supervacaneus: siquidem ridet affectus.

12 Peripneumonia est inflammatio precordiorum, seu pulmonis eum febril acuta, & difficultate respirationis. Periculator est civilis, quam naturalis. A pleuritide (ait Hippocrates lib. 7. Aphorism. 11. & 12.) peripneumonia.

Matth. 22. 8.

Utile apothegma de patria Contr. Erasmi. Pluc.

Genes. 41. 12.

Apoc. 7. 13. 14.

Non unde, sed qui sint homines, inquirendum.

Hebr. 7. 3.

Hipp.

Quid peripneumonia?

Quorum symboli.

Ioann. 41.

Verf. 46.

Alapid.

Ibi cap. 7. 12. Datae non sunt à pagis.

Jacob. Born.

Amor natus soli singularis mania.

monia, malum: à peripneumonia phrenitis, malum. Sæpenuero, febris, deliria, turbulenta insomnia, crebra vigilia, & dolor viscerum procedunt à punctione & affectione laterum. Queruntur affecti, quia male affecti: & saepe pro querimonia patent inflammatio pulmonis, amentia capitis, ulcus pectoris, vilcera mala, praecordia putrida. Malum hoc, quia à pleuritide peripneumonia: sed lethalior ab inflammatione amentia. Laborant huiusmodi affectione, quicumque factione laborant: & languent impetu validioris phrenitidis, eò magis quo fe neciunt pererare furentes.

Nota delirium. Nuncio Redemptoris accepto, Nathanaelem cum invenisset Philippus, dixit gaudibundus: Quem scripsit Moyses in lege, & Propheta, invenimus Iesum filium Ioseph à Nazareth. Subito ei respondit Nathanael: A Nazareth potest aliquid boni esse? Dialogus notatu dignissimus. A Nazareth aliquid boni? Cur non? Locus (ait Alapide hic) ignobilis & obscurus. Ex gleba tantilla civitatis progredi poterat splendor orbis? Abiit. Quomodo possunt haec fieri? Veni & vide. Supervacuum. A minimo summum? A Galilaea propheta non surgit: & estò sit verum, tamen contra morem, & usum. Sterilitas hæc unicum servatorem ad partum. Veni, & vide. Licet nates mirabilia, quia mirabilia, recedunt à Galilaea. A Galilaea aliquid boni! Arbitror impossibile. Quid igitur obest, vel interest illic, vel illic nati? Glebæ diversa & ferunt aurum, & ferunt plumbum. Pictrix fallax factio est. Estet pusillus, magnus homo alibi natus? Scientia fanè & doctes sunt rationalium, non pagorum. Quapropter ut falsè canit Iacobus Bornitus Emblem. 25. Parisios stolidum si quis transmittat a seclum, Si fuit hic asinus, non ibi fiet equus. A Galilaea potest aliquid boni esse. Difficile Nathanael indicavit, homines præterquam in solo suo alibi posse gigni.

Intende ut rideas. Uterque Galilæus erat, Christus à Nazareth. Luc. 1. 26. Nathanael à Cana. Ioann. 21. 2. Pharisei dixerunt: A Galilaea propheta non surgit. Nathanael verò: A Nazareth potest aliquid boni esse? Quid hoc involucrum cogitationum? Soli proprii carpuntur morsu, & ex abrupto caci vellicantur affectu: siquidem in Pharisaorum Iudaorum phantasia, nihil boni procedit à Galilaea: & Galilæus à Cana, negat aliquid boni posse oriri à Nazareth. Surgit gens in gentem, & regnum adversus regnum. Si eisdem regnis adversus provinciam. Si eiusdem provinciae, adversus civitatem. Si communis civitatis, adversus domum: & denique si Tom. I. Taut.

eiusdem domicilij, insurgent filij in parentes. Præterea. Galilæus est & Ictus. Consulat Nathanael boni, Solem oriri, & proximum patriæ. Minimè. Peripneumonia laborat, à qua phrenitis. A glebis deducit specimina hominis. Hoc malum, & vacui sincipitis deliramentum. Nonne furentium amentia, homines non posse nasci, nisi in patria propria? Veni & vide, subdit Philippus. Surdo fabula. Non credit, quantumvis audiat peregrina portenta. Ex disensione facta in turba innovit Christi innocentia: etenim vel perfidia militum exclamavit: Nunquam sic locutus est homo. Tunc verò Pharisei adversus Nicodemum Christum defendentem insurgunt, & zelo diabolico dicunt: Nunquid & tu Galilæus es? Qua causa Iudæus à Iudæis iudicatur Galilæus? Ex nimio amore erga patriam: quippe nunquam Galilæum sic eximie laudaret, nisi Galilæus aliquoties esset.

13 Nathanael de Christo dubitat propter natale, & Christus vel vulneratus effert laudibus impropertans candorem morum, & nobile studium. Dixit enim: Ecce verè Israëlita, in quo solus non est. Cum esses sub ficu vidisti te. Chrystostomus hic arbitratur Christum visis verbis allussisse ad illud: A Nazareth potest aliquid boni esse? Quodnam enim documentum concepit Chrystostomus in allusione; ut verborum concinnitatem studiosè commendet? An quia indulgetur facilis lapsus opinionis mentis, quam sententia voluntatis? Altior didascalica. Laudat, ne Nathanael raperetur iterum ludrico patriæ deliramento; & reformaretur in alienos concepta cogitatio sine iudicio: igitur videbat (estò aliena degeneret patriæ civitas) Christum ultrò præstantissimas fateri doctes. Laudat Christum ipsum causa patriæ despicentem; ut instruat disceris (maximè præsidem) compundum hominem: ne ita percellatur propter obiectum solum, ut conviciantes amandare conetur extra mundum. Lege Scribani in Medic. Religios. lib. 3. cap. 16.

14 Remedia pleuritidis sunt vel lateris aperto, vel sanguinis emissio. Peripneumonia huiusmodi medicina exulat, quippe affectus etiam cileboro plus laborat. De calice meretricis bibunt, & ineptias plaudentes fanaticè insaniunt. Ebruiantur dulciter, & aspide fora suffocantur abditè. Dicere coram præside quod Aegyptijs iurè possunt: Nec clam te est, quod absque corporibus & terra nihil habeamus. Perpende sui definitionem. Absque corporibus & terra nihil. Non est ratio: Non. Non est anima? Nequaquam. Corpus & terra: etenim propter terram amittunt placidissimè animam. Dum adulantur partibus eunt

Minimè sicut in aliena miracula.

Ioann. 7. 14.

Ioann. 1. 47. 48. Chrys.

Quamvis alienus, laudandus bonus.

Exulat ratio, ubi patria affectio.

Genes. 47. 8.

S. Ben.

in perditione: ait S. Benedictus Regul. Sancti. cap. 65. Corpus & terra. Terram induunt tanquam formam. Intellectus voluntas & memoria nihil cogitant prater terram. A seipsis defecerunt contemplantes alia principia. Nihil sunt absque corporibus & terra. Mens agitatur corporis humani molem: caterum isti abalienantur a mente. Iudicium mens & ratio adfunt cum anima: in his nihil nisi corpus & terra: quoniam audiunt duntaxat placitamentum, & non clarissima momenta rationum.

Coram Pilato sistentem, quasi vulneratum & percussum a Deo, ut ulceris primigenij ulceribus dilueret toxicum, vidimus humilem de celo medicum & mendicum. Cum vero ei praeses dixisset, Unde es tu? Iesus responsum non dedit ei. Merito quidem. Causa manebat sub iudice. Ad quid Unde? Iudicem erudit fungi iudicatura, sepulta patria: tacetque ad curiosam quaestionem praesidis, dum cognoscuntur obiter acta litis: siquidem causa conferta fuit a iustitia de meritis, procul vero de incunabulis. Quid facit ad paginam Unde, ut patria cognita, palma, vel poena discedat a causa? Quid refert, ut praeses dicat, & profert iuxta leges iudicium; scire reum hic, vel alibi natum? Nihil refert: & Christus non respondet, ut liberet iudicet.

Intentum praesidis demonstrat Lucas. Ab actoribus praeses cognovit, quod tacuit veritas. Fige cogitationem pedem. Causa exponitur, & auditur. Commovet (dixerunt) populum, docens per universam Iudaeam, incipiens a Galilea usque huc. Quid Pilatus? Ut cognovit, quod de Herodis potestate esset, remisit eum ad Herodem. Factum audivimus, & Augustinus in Psalm. 62. v. 2. odoratur intentum. Accusatoribus satisfacere innitens, tempus iudex terebat & operam. Haud exitum facilem furentibus cogitabat. Sycophantarum criminationibus nutat. Innocentia ignoti principis caspitat. Aneps inter duplicem Helicem titubat. Galileum cognovit; & callide ad Herodem remisit. Callide, ut illum (ait Augustinus) ex eorum manibus liberaret. Si liberare, falso insinulatum fatagit; litem dirimat. Nullo modo. Effugium tutius remittit hoc causam. Nec criminatores despicit, nec hoc elapsu candorem proterit. Ut facilis liberetur a calumnia vindicandus, Galilaeus ad patricolam dextram mittendus: siquidem in patrigine tribunali, & grato iudice; causa non discutitur iustitia & rationis lance, sed iuris nationis absolutissimo pondere. Adducatur ad Herodem, qui primas in patria tenet; igitur innocens, salvus, quantumlibet criminofus, exhibet. Nos vulgo diceremus: Para sa-

carle sin manilla de tanto abogo, remitir el proceso luego a un payfano. Pilatus in eo nullam invenit causam: patrigena Herodes nec umbram. Vel sine accusati necessaria depositione, innocentiam dicit veste. Commovet populum. Quid inde? Sopses Galilaeus a Galilizo; quamvis populum commoveat, & totum mundum huc & illuc subvertat.

Secutus est sane Pilatus politicam agendi rationem, ut liberaret agnum innocentissimum. Filij huius saeculi ut tueantur lupum & truculentum, terram comedentem, cruori inhiantem, ovibus rictu ostendentem speciem sanguinis, & demolientem menia ovis dominici gregis. Propenso istiuscemodi omnibus nocua, facilitas venenata, studium malignantium, & castrum zyzaniorum. Bonum semen feminatur in agro, non supereminet nequam inimicus homo. Qua iussum sunt sapite, non qua super terram: equidem sciant, & inimici Demini terram lingent. Omnes in Christo unum sumus, & sub uno Domino aequali servituti militiam habeamus; quia non est personarum acceptio apud Deum: ait S. Patriarcha Benedictus ubi supra cap. 2. Florete flores, non vepres. Caelum non inquirendum in valle lachrymarum. Apparebit oculis terra visonum, & sine fine imperium. Ibi felix, quem terra viventium tenet

Mundum habitas, nec cura domum subit ulla reverti.

Aeterna tantum te capiat urbis bonas.

Sic Ithacum praemissa manus dulcedine Loti

Liquerat & patriam, liquerat atque avcum.

Dicimus ex Andr. Alciato Emblem. 114.

Erubescat philatrenus audiens Ethnicum.

Emetiamur quascumque terras (ait Seneca

de Consolation. ad Helv. cap. 9.) nullum inventuri solum intra mundum, quod alienum homini sit. Undecumque ex aequo ad coelum erigitur acies. Paribus intervallis omnia divina ab humanis distant. Proinde dum oculi mei ab illo spectaculo, cuius insatiabiles sunt, non abducantur; dum mihi Lunam, solemque intueri liceat: dum animam ad cognatarum rerum conspectum tendentem in sublimi semper habeam; quantum refert mea, quid calcem? Hucusque Seneca. Hac itur ad astra: igitur ut canit Mantuanus Carm. de Deo.

Est requies illic, illic aeterna voluptas.

Perpetuus splendor, gaudia, risus, amor.

Angustus animus est, quem terrena delectant. Ad illa adducendus, qui fatiatur hominem. Tunc felix.

(XO)

Luc. 23. 11.

Origo vihorum est huiusmodi ceca di. h. Eio.

S. Ben.

Andr. Alciato.

Senec.

Mant.

DI.

Nihil affecti cogitat praeter terram

Ioanna 19. 9.

Iudicem respiciat causam, non gloriabam

Luc. 23. 1.

Verf. 7.

August.

In tribunali indigena saeculorum vel criminofus.

DIDASCALIA X.

Quanto in maiore quis loco, tanto in superiore periculo.

Augustinus inquit in Abusib. Axioma Politicoru vulgare, de quo crudite Didacus a Saavedra in Idea Princip. Symbol. 50. ut captantes Principum diticilem fluxam gratiam impendentis periculi nimitatu perdicant. Etenim tequentes fumum, ambiunt ignem; & scientes superiorem locum, fulmen: miserique cogitatis anfractibus occurrere intendunt Iovi, & cadunt fulgure. Quomadam Semele leti malo, emoriuntur amplexu.

Quantusquis & qualis ab alta Iunone excipitur; tantus talisque rogato, Det tibi complexus.

Non tulit aheroos: donisque ingalibus arsit. Cecinit Ovidius lib. 3. Metamorph. Fab. 3.

Nolite condere in principibus. Fallax illorum gratia, & vana favoris pulchritudo. Ple-runque elephantum admittat pondere meritorum digni ad lignum accedant, ut quietcant; & terebrato ligno patet occasio, ut mileret corruant. Deciduum fere Principis idolum, ruina, mole & itrepitu obruit & templum.

Abitantibus aulicis coram Lusitanie Principe, ex his quidam lassus itatione, casu vel consuetu innixus tenebrae cavitati stromate obrecta, incubuit: decidit: cui labenti quasi pro locum dixit Rex: Iure ruina: praemium utique inurbanitatis coram Principe. At ille subitro se in pedes excipit, & salte respondit. Istaec crebro fulcra palatii, & munera Regiae. Haud inidonee pila pugilari conteruntur, siquidem nil nisi ventus. Aptior mihi videtur tubus papyraceus pulvere incendario conteretur. An quia crepitat tantum? An quia flamma concepta sublevatur ablutitur? Haudquaquam. Tubo sic confertur gratia: igitur qui gaudet favore, scire debet vel amburendam manum, vel tubum quamprimum, vel splendet, dimittendum.

Huiusmodi gratiae fragilitas oritur ex frequentiore mutatione affectus principum, quibus modò displicent ut inania, quaecumque dudum sequebantur optabilia: igitur horum lex voluntas, maxime in suos, bene de se utcumque meritos, & gratijs confertim dignatos. Quam obrem suorum quilibet sibi propinquior eligitur in dignitatis caelum, non quia maior, sed quia propior ut de Luna dicitur apud Silvestr. a Petra-Sanct. de Symbol. Heroic. lib. 8. necitque inter luminaria in-

Apobte-gna cele-bre de Princi-pum fam-bore.

Similitudo papyraceo, pulvere tormentato rior refer- to.

Indignus in munere non maior, quia maior.

Petra-Sanct.

Heroic. lib. 8.

Si cum filijs suis accessit, cur suos ut filios Ze-

digne signe meritis assumptus, Lunae adinstar oculis obijci luminare minus.

Faciatur hominem (ait Opifex rerum) & praeferat piscibus maris, & volatilibus caeli, & bestijs. Piscium & volatiliu imperium suat protecto: sicine etiam bestiarum? Ad quid ergo in bestias exprefio dominij? Si alitum volucrum natantumque piscium, & quasi exterorum Adamo conceditur gratis imperium; potiore iure terrestrium subintelligitur animalium, in terra propria suapte tubditorum. Nullo modo. Consulto igitur praeterbitur lex etiam subiectionis animalium in terra propria; ne humilitudi tubdita ad speciem tantum nascifci videretur hominis praesidentia. Eadem in patria, & ex eadem materia factus homo & animalia. Praeses, dicere poterant, Nostras est: quia nostras, in quodvis, quaecumque conniveat, & ad lubitum vivere, Nemo propior, nemo praesidi affectior: in bestiatque proteritur signate hominis iudicatura; quia plus indiget regimine propinquior bestia.

Deinceps. Transtulerunt in homines huiusmodi bestiarum pronitates. Velient etio bestiae non subijci, imo potius quia propinquiores principi principari hominibus in bestias haud preconditur dominium; ne excutiant telluris ratione iugum: quinimo sine intellectu sapiant, vel terrigena praeside non natas, ut principentur; sed neut equus & mulus, ut merito subijciantur. Propinquiores praesidi. Utique. Subiectiores debent etie rationali conditioni: etenim dignitatis & principis turpe propudium; propiores candidis calculis etio bestias, elevari ad fastigia dignitatis; ut pravalet pro libito iure propinquitas, quod digne repellitur praescriptione lyncaerelis.

Accessit ad Iesum, aviditate feminea, immemor futurorum, vellicata praesentium, mater filiorum Zebedaei cum filijs suis, adorans & petens. Adorat, ergo petit. Haud facile famina oblivifcitur vendicati sibi honoris; nisi memoria micantis commoditatis. In utilitatis obsequium impenditur ultrò sumptus adorationum. Eva corruit adorationis decipula, siquidem bibit ridendo venena: & femina quamlibet prudens desipit alogia, si brevi rimula praesumitur adoranda. Eva sic fecus vero Salome. Adorat. Na. Fastus sexus oblivifcitur? Minime. Adorat modò, ut per filios adoretur. Supplicij gestu magis innotescit mulieris aviditas. Rapit harum peccora pellicatrix auctoritas: gratifque femina cedit, vel in quo vincit; quia nihil sui pendet adorationem, ut modò quo potuerit surripiat utilitatem.

Accessit. Quae? Mater filiorum Zebedaei. Si cum filijs suis accessit, cur suos ut filios Ze-

Genef. 1. 26.

Bestia non liberantur a servitutis onere, propiores principi.

Turpis calliditate muneris, iure propinquitate.

Matth. 20. 20.

Famina abdicat fastum, adorans: emulamentum.